quem ego uidere desiderans catena
languoris innector. SECUND

Lu HIER AD EUNDEM CUIUS SUPRA

Nea mihi parte heremi commoran
ti quae iuxta syriam saracenis iun
gitur tuae dilectionis scripta perla
ta sunt; Quibus lectis ita reaccensus est
animus hierusolimam proficiscendi ut
poene nocuerit proposito quod profuerit ca
ritati; Nunc igitur quomodo ualeo pro me
tibi litteras repraesento & si corpore absens
amore & spiritu uenio impendo Exposcens
ne nascentes amicitias quae christi glu
tino cohaeserunt aut temporis aut locorum
magnitudo diuellat Quin potius foede
remus eas reciprocis epistolis; Illae in
ter nos currant illae sese obuient illae no
biscum loquantur. Non multum perditura
erit caritas si talis secum sermone fabuletur.
Rufinus autem frater ut scribis necdum uenit
& si uenerit non multum proderit desiderio meo
cum eum iam uisurus non sim. Ita enim &
ille longo interuallo separatus est ut
huc non possit currere & ego arreptae
solitudinis terminis arceor ut coeperit
mihi iam non licere quod nolui; Ob hoc &
ego obsecro & ut tu petas plurimum quae
so ut tibi beati reticii augustodunensis
episcopi commentarios ad describendum largiatur
in quo canticum canticorum sublimiore ore disse
ruit; Scribsit mihi & quidam de patria
supradicti fratris rufini paulus senis
tertulliani suum codicem apud eum esse

quibus uehementer reposcit & ex hoc
quaeso ut eos libros quos me non habere bre
uis subditus edocebit librarii manu in car
ta scribi iubeas Interpretationem quoque
psalmorum dauiticorum & prolixum ualde
de synodis librum sancti hilarii quae ei apud
treueris manu mea ipse describseram
Eaque ut mihi transferas peto; Nosti
hoc esse christianae animae pabulum si in lege
domini meditetur die ac nocte; Ceteros hos
pitio recipis solacio foues sumptibus iuuas;
mihi si rogata praestiteris multa largitus
es; & quoniam tribuente domino multis sacrae
bibliothecae codicibus habundamus. Impe
ra uicissim quodcumque uis mittam.
Nec putes mihi graue esse si iubeas habeo alum
nos qui antiquariae arti erudiuntur
Neque uero beneficium pro eo quod postulo polliceor;
Eliodorus frater mihi indicauit te multa de
scribturis quaerere nec sic inuenire.
aut si omnia habes incipiet sibi caritas uin
dicare plus petere; Magistrum autem pueri
tui de quo dignatus es rescribere quem
plagiatorem esse eius non dubium est.
Sepe euagrius presbiter dum adhuc anthiochiae
essem me praesente corripuit Cui ille res
pondit, Ego nihil timeo. dicit se a domino
suo fuisse dimissum. & si uobis placet
ecce hicem transmittite eum quo uultis;
Arbitror me non peccare si hominem uagum non
sinere longius fugere, Quapropter quia ego
in hac solitudine constitutus non possum
agere quod iussisti. Rogaui carissimum

agere quod ius[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0322